



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Illvstri Regi Navarre.


urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

ILLVSTRI REGI NAVARRÆ.

Epiſt. 556.
Quod extortū
& in honestum
juramentum nō
ſe fervandum.
Cap. Ad audienc-
*iam. De jure-
garando in Ter-*
tia Colleci.

AD audientiam nostram noveris & in honestum juramentum nō ſe fervandum. *Cap. Ad audienciam. De juregarando in Tertia Collecti.* **A**perveniſſe quōd cūm Castellæ & Aragoniæ Reges illuſtres anno præterito regnum tuum cum suis exercitibus introiſſent, de illo capiendo & dividendo ad invicem tractaverunt. Cūmque ibidem duobus caſtris per violentiam occupatis, tam Ecclesiæ quam privatorum terras multipliciter afflixiſſent, quōd deteriora in posterum facerent minabantur, ſi ſuum poſſent propositum adimplere. Vnde totus populus metuens vehementer, quōd ſe verteret neſciebat, vel qualiter imminentem poſſet effugere tempeſtatem. Interim autem dicitus Rex Aragoniæ ſuos ad te nuntios deſtinavit, de componendis treugis tecum pariter traſtaturos, ſecretò per eosdem requirens ut ſororem tuam ſibi traderes in uxorem. Tu verò attendens quōd vel ſic faltem eorum poſſes instantiam evitare, tam de treugis quam de contrahendo matrimonio reſpondiſti quōd ſuam perficeres volūtatem, priuſ tamen quam de regno tuo exirent, nihil horum duceres ad effectum. Post hæc autem ad Reges ipſos dicti nuntij redeuntes, reſponſum quod eis dederas, retulerunt. Praefatus autem Rex Castellæ metuens ne ſi à regno exirent, ab his quam promiſeras resilires, reſpondit fe à terra tua nul latenuſ egressuros, niſi priuſ jurares quam nuntios promiſeras te firmiter ſervaturum. Cūmque hoc tibi per eosdem nuntios intimauſent, tu conſiderans quōd in necem & exheredationem tuam, ſi fieri poſſet, praefati Reges intendere ſatagebant, jurasti coactus pariter & invi- tū quod à te fuerat de treugis & matrimonio poſtulatum, quamvis ſoror tua praefato Regi Aragoniæ consanguinitatis gradu tertio conjugatur. Nos igi- tur attendentis quōd juramentum non ut eſſet iniquitat̄ vinculum fuerit iſtitutum, & quōd in malis promiſſis fides ſit * penitus reſcindenda, ſerenitati tuæ diſtriictiū inhibemus ne, ſi vera ſunt quam p̄misiſimus, occaſione juramenti p̄misiſi, quod perjurium eſt veriuſ no- minandum, procedas ad inceſtuofam conjuſtioneſ complendam. Datum Laterani III. Idus Februarij.

*In Tertia Col-
lecti potius



PANORMITANO, REGINENSI,
Capuano, Montis-Regalis Archiepisco-
pis, & Epifcopo Troiano, familiaribus
regiis.

SI diligenter attenditis, ut debetis, quot & quanta pro honore Regis & ſtatū regni Siciliae ab obitu illuſtris memoriae Conſtantiae Imperatricis ſolicite geſſimus, & agere non ceſſamus, per eſ- feſtum operum poſteſtiſ evidenter agnoscere quōd tutelam Regis & regni balium nobis ab eadem Imperatrice relicta non tam verbo quam factō recepiſmus, & ſtudioſiſſime procuramus. Priuſ enim quam dilecti filii magiſter B. Subdiac. noſter & L. iudex ipſius Imperatricis & Regis ac veſtra nobis ſcripta tulifient, ad deſcenſionem regni accingebamur vi- riliter & potenter, & ad reſiſtendum Dei Ecclesiæ inimiciſ milites in expenſis Ecclesiæ miſeramus. Licet autem ex pu- fillanimitate hominum de sancto Germa- no, non ex potentia hostium, caſtrum ſancti Germani traditum fuerit in manu hostili, militibus noſtris ſe recipientibus in monaſterium Caſſinense, plus tamen in hoc vobis Dominus & toti regno conſuluit quam fragilitas humana iſperaret. Nam Marcoualdo circa obſidionem Caſſinen. monaſterij inaniter occupato, Co- mites, Barones, cives, & alij Regis & regni fideles ex magna parte in ſingulis provinciis conuenientes in unum ad reſiſtendum ei, ſibi mutuo ſubvenire ju- ramento firmarunt, immunita munien- tes, & villas & caſalia reducentes ad ci- vitates & loca munita, & contra eum etiam exercitum congregantes. Interim etiam non ceſſavit manus Domini fla- gellare tyrañnum, cūm milites noſtri laepius in exercitum Marcoualdi facien- tes iuſtum, multos ex eis occiderint, multos ceperint, plures etiam vulnerave- rent, & obſeffi de obſidentibus frequen- ter victoriā reportarint. Nec ceſſavit etiam manus noſtra ſuper eum effundere vafa ira, non ſolū ſpiritualiter, ſed etiā temporaliter noſtram ſuper eum immo- divinam potiuſ potentiam exercendo; cūm per dilectum filium noſtrum I. titu- li ſanctæ Prisciæ Presbyterum Cardina- lem, apolloſicæ ſedi Legatum, tota fe- rē terra quam idem Marcoualdus ha- buerat in Marchia, ſit divino munere in manu forti & brachio extento ad domi- nium Ecclesiæ revocata, munitionibus

Epiſt. 557.
Ut necculariam
contra hostes
regni pecuniam
ſine mora trā-
mittant.
Vide Geſta In-
nocentij III.

Rr iij